

[ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΠΑΛΑΙΟΛΟΓΟΥ Β' ΑΡΓΥΡΟΒΟΥΛΛΟΝ  
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΜΝΗΣΤΗΣ ΚΛΕΟΠΗΣ ΜΑΛΑΤΕΣΤΑ].

*Theodorus Paleologus Porphirogenitus, Moree despotus etc.*

Cupientes serenissimam dominam, carissimam consortem  
nostram futuram, dominam Cleope de Malatestis, dum apud  
nos fuerit, in omnibus que ad suam pariter quam nostram  
5 honestatem pretendant et decorem, consolatione et gaudio  
semper reffici, et in hiis maximè que puritatem et integritatem  
sue devotionis et conscientie concernant; sibi tenore  
presentium, et pro ea spectabili militi domino Mastino de  
Capitaneis de Burgo Sacri Sepulcri, honorabili procuratori  
10 et oratori suo, promittimus ipsam dominam, iuxta nutum  
et placitum eius, in consueta devotione sua circa divinum  
cultum, et aliis omnibus que suam respiciant conscientiam  
manere et conservare permittere; et mores et cerimonias  
omnes Romane Ecclesie in quibus educata est, pro se et  
15 suis omnibus consentire quod teneat et conservet; et capel-  
lanum habeat, qui sibi et suis, secundum Romanam Eccle-  
siam, continuo in divinis et spiritualibus omnibus celebret  
et ministret, et ipsam vel suos ab eisdem non distrahere  
aut querere, remove, directe vel indirecte. Et non tantum  
20 in spiritualibus, sed in temporalibus quoque contenti erimus,  
quod rictus et mores suos ytallicos, secundum quod affe-  
ctare dicitur, teneat et conservet. Promittimus insuper per  
nos et heredes nostros, quod si casus contingeret, quem  
Deus avertat, quod nos, vivente ipsa, a seculo migraremus,  
25 in suo nutu et libera voluntate stabit, reddere posse ad partes

Σώζεται ἐν τῇ πρωτοτύπῳ περγαμηνῇ ἐν τῷ R. Archivio di Stato  
τῆς Φλωρεντίας, ἐν τῷ τμήματι Diplomatico, καὶ ἐξεδόθη ὑπὸ τοῦ  
'Ιωσήφ Müller ἐν τοῖς Documenti sulle relazioni delle città Toscane  
coll' Oriente Cristiano e coi Turchi. Ἐν Φλωρεντίᾳ, 1879 σελ. 150  
ὑπ' ἀρ. CII.

et consortes suos, et quantocumque decreverit, sibi licebit et permittetur redditum facere cum dotibus, arnis et bonis suis, et a nullo sibi denegabitur vel contradicetur ymmo iuxta mores Imperialis domus nostre, omni possibili honore et comitiva comitabitur et reducetur.

5

In quorum fidem et certitudinem sibi presentes litteras nostras fieri fecimus, consueti sigili nostri argentei circumaurati, more solito, nostro Despotati munimine validatas, propria manu nostra rubeis litteris grecis subscriptas, iuxta morem nostrum predictum.

10

Date in palatio residence nostre civitatis Ministralis, anno a creacione mundi sex milibus nonigentis viginti septem, incarnationis vero sive nativitatis Domini nostri Jesu Christi millesimo quadringentesimo decimo nono, indicione XII, die vigesissima nona Madij.

15

Θεόδωρος ἐν Χριστῷ τῷ θεῷ εὐσεβῆς δεσπότης Παλαιολόγος ὁ πορφυρογέννητος.